

PLOMLOMPOM  
FABVLAE ADDENDAE

ANNO MMXXIII

FABVLAE ADDENDAE

© MMXXIII Christian Heller (nōminātur plomlompom)

plom@plomlompom.com

Liber confectus L<sup>A</sup>T<sub>E</sub>Xope.

Imāginēs dēlineantur Gimp et Stable Diffusion/AUTOMATIC1111 ope.

## INDEX FABVLARVM

PROVINCIAE ROMANAE . . . . .	4
DOMINA EVROPAE . . . . .	6
LIBRI LIBERORVM . . . . .	7
NVM DOMINVS PLORAT? . . . . .	8
DOMINI NOVI . . . . .	9
VILLA VACVA . . . . .	12
MVLTAE VILLAE, MVLTAE PORTAE . . . . .	14

littera Rōmāna: V


litterae nōn  
Rōmānae: u, U, v

V/v et U/u ← V

v = V in  
PROVINCIA  
(prōvincia)

u = V in  
CAPITVLVM  
(capitulum)

ad capitulum  
p̄rimum:



nōnne = nōn-ne



PROVINCIAE ROMANAE

AD CAPITVLVM I

DIODŌRUS: Ubi est imperium Rōmānum?

SEXTUS: In Italiā est.

DIODŌRUS: Est. Et ubi est?

QUĪNTUS: In Āfricā est. In Galliā quoque est!

DIODŌRUS: Est. Suntne prōvinciae Rōmānae, Āfrica et Gallia?

SEXTUS, QUĪNTUS: Sunt!

DIODŌRUS: Num Germānia quoque prōvincia Rōmāna est?

MĀRCUS: Est!

DIODŌRUS: Nōn est. Germānia in Eurōpā, sed in imperiō Rōmānō  
nōn est. Sed magnum imperium Rōmānum est, et multae sunt prō-  
vinciae Rōmānae.

QUĪNTUS: Numerus magnus est! Nōnne Hispania quoque prō-  
vincia Rōmāna est?

DIODŌRUS: Est.

5

10

15

SEXTUS: Hispānia magna est. Multa et magna oppida in Hispāniā sunt, et fluvīi multī et magnī!

MĀRCUS: Quid? Pauca oppida in Hispāniā sunt, et fluvīi parvī.

DIODŌRUS: Pauca oppida in Hispāniā sunt, neque parva. Parvī sunt fluvīi, neque paucī. Magnae silvae quoque in Hispāniā sunt.

QUĪNTUS: Nōne Graecia est prōvincia Rōmāna?

DIODŌRUS: Est. Multae sunt īnsulae Graecae in imperiō Rōmānō.

MĀRCUS: Sed parvae sunt!

DIODŌRUS: Sunt in Graeciā īnsulae parvae. In Graeciā quoque sunt īnsulae magnae.

QUĪNTUS: Suntne īnsulae Graecae in oceanō Ātanticō?

MĀRCUS: Sunt!

SEXTUS: Nōn sunt.

DIODŌRUS: Num in oceanō Ātanticō sunt īnsulae Graecae? Nōn sunt.

QUĪNTUS: Suntne īnsulae Rōmānae in oceanō Ātanticō?

MĀRCUS: Sunt! Nōne Britannia est?

DIODŌRUS: Britannia est īnsula. Britannia quoque prōvincia Rōmāna est, in īnsulā Britannīā. Īnsula parva nōn est. Sunt multae silvae et multī fluvīi in īnsulā, neque in prōvinciā. Silvae et fluvīi nōn in prōvinciā nōn sunt Rōmānī. Nōne prōvincia Britannia Rōmāna est? Est. Num īnsula Rōmāna est?

SEXTUS, QUĪNTUS: Nōn est!

MĀRCUS: Est!

DIODŌRUS: Nōn est.

parva ↔ magna  
pauca ↔ multa

neque : sed nōn



silva, silvae

īnsula Britannia:






nōn prōvincia  
Britannia:



prōvincia Britannia  
(in īnsulā Britannīā)

Ecce domina Rōma!



DOMINA EVROPAE  
AD CAPITVLVM II

5

Ubi sunt filiī et filiae Eurōpae, Āfricae, Asiaeque?

Sunt in imperiō Rōmānō: Sunt servī et ancillae familiārum Rōmānārum. Magnus numerus est servōrum ancillārumque. Virī Rōmānī dominī servōrum sunt Graecōrum Hispānicōrum Britanicōrum cēterārumque prōvinciārum. Rōma domina est multārum magnārumque prōvinciārum. Multae fēminae et multī virī prōvinciārum Rōmae ancillae et servī sunt.

10

Līberī Iūliī Aemiliaeque nōn sunt servī, nōn sunt ancillae. Sed multī puerī sunt servī, multae puellae sunt ancillae in imperiō Rōmānō. Cuius filius servus est? Ancillae filius servus est. Estne servī filius servus quoque?

15

Germānia nōn est prōvincia Rōmāna. Suntne virī Germāniae dominī? Suntne servī? Suntne fēminae Germāniae dominae? Suntne ancillae?

## LIBRI LIBERORVM

## AD CAPITVLVM II

Ecce liber antīquus. Est liber Iūliae. Quis est titulus librī puellae?

5 ‘FEMINAE ANTIQVAE’ est. Quot vocābula in titulō sunt librī antīquī? Duo.

Ecce liber novus. Est liber Quīntī. Quis est titulus librī puerī?

‘VIRI IMPERII ROMANI’ est. Quot vocābula in titulō librī novī sunt? Tria sunt. Quot syllabae in vocābulō sunt prīmō? Duae sunt.

10 Iūlia et Quīntus filia filiusque sunt. Fīliae et filiī liberī sunt. Librī Iūliae Quīntīque sunt librī liberōrum.

Quot sunt librī liberōrum? Num trēs sunt? Nōn trēs, sed duo sunt. Quot sunt librī novī? Ūnus est.

Quot sunt pāginae librōrum liberōrum? Centum sunt. Quot sunt capitula in librō Iūliae? Sex sunt. Quot sunt vocābula in librō puerī? Mille sunt.

Quīntus: “Ecce liber meus magnus est!”

Iūlia: “Liber tuus nōn magnus, sed parvus est. Liber meus magnus est.”

20 Quīntus: “Pāginae librī meī sunt multae. Pāginae librī tuī paucae sunt.”


Iūlia: “Sed pāginae librī meī sunt magnae, et sunt parvae pāginae librī tuī.”

25 Quī sunt titulī librōrum liberōrum? Suntne Iūlia Quīntusque liberī librōrum?

librī ≠ liberī



ūnus liber



duo librī



ūnus . . . ?



duo liberī



Ancillam pulsat.



Servum verberat.

Est Naevia *quam*  
Batiātus pulsat.

Est Batiātus *quem*  
Spartacus verberat.

Quid est *quod*  
Naevia videt?

## NVM DOMINVS PLORAT?

### AD CAPITVLVM III

Batiātus, quī dominus est, dormit.

Naevia, quae ancilla est, cantat. Iam nōn dormit Batiātus, quia 5  
eam audit. Irātus venit et eam pulsat. Plōrat Naevia.

Crīxus, quī servus est, rīdet. Batiātus, quī Crīxum audit, eum  
vocat: “Servus probus nōn rīdet!” Crīxum pulsat. Crīxus plōrat.  
Batiātus: “Vir nōn plōrat!” Crīxum verberat. Iam nōn plōrat Crīxus.


Venit Spartacus. Est servus quoque. Videt Naeviam Crīxum- 10  
que, quem interrogat: “Cūr Naevia plōrat? Quis eam pulsat?” Re-  
spondet Crīxus: “Batiātus eam pulsat, mēque verberat.” Spartacus  
eum interrogat: “Quid? Tē verberat? Cūr Crīxus nōn Batiātum ver-  
berat? Fū! Vir probus verberat virum quī fēminam pulsat.” Crīxus  
respondet: “Quia servus dominum nōn verberat.” Spartacus irātus: 15  
“Improbum est!”

Dormit Batiātus. Ecce venit Spartacus et Batiātum verberat.

Venit Crīxus, Spartacum videt, et videt Batiātum, quī plōrat et  
quem verberat Spartacus. Rīdet Crīxus et Batiātum vocat: “Fū! Vir  
nōn plōrat!” Batiātum verberat quoque. 20

Venit Naevia. Ecce servus verberat dominum, et plōrat domi-  
nus! Naevia Batiātum pulsat, et rīdet: “Dominus quī plōrat et quem  
verberat servus nōn dominus est, sed servus!” Cantat: “Iam Spar-  
tacus Crīxusque dominī novī sunt, et Naevia domina nova est, et  
Batiātus servus meus est! Hahahae!” 25





## DOMINI NOVI

## AD CAPITVLVM IV

5 *(et fābulam anteriōrem ‘NVM DOMINVS PLORAT?’)*

Crīxus: “Batiāte, ubi est pecūnia?”

Batiātus tacet. Spartacus sūmit baculum eius, rūrsusque Batiātum verberat. Eum vocat: “Batiāte!”

10 Batiātus nūllum vocābulum respondet, tantum plōrat.

Naevia: “Ecce sacculum eius! Vidē, hīc! Habet pecūniam suam in sacculō suō!”

Naevia sacculum eius sūmit.

Crīxus: “Num vacuus est?”


15 Spartacus imperat: “Sacculum in mēnsā pōne, Naevia!”

Naevia respondet: “Nōn sacculus tuus est, Spartace, neque sacculus tuus, Crīxe! Sacculus meus est.”

Spartacus rūrsus imperat: “In mēnsā pōne!”

Quid est “fābula anterior”?  
Vidē pāginam VIII!  
(←)

Naevia → “Naevia!”  
Sed:  
Crīxus → “Crīxe!”



ūnus homō,  
multī hominēs



nāsus

Naevia tacet, et pāret. In sacculō nummī sunt.

Crīxus: “Quot nummī sunt?”

Naevia numerat: “Sunt decem nummī.”

Sunt laetī Spartacus Crīxus Naeviaque, quia numerus nummō-  
rum in mēnsā magnus est. Sed trēs hominēs sunt Naevia Spartacus 5  
Crīxusque. Quem numerum nummōrum habet ūnus homō?

Spartacus prīmum nummum sūmit, et Crīxum imperat: “Num-  
mum secundum sūme, Crīxe.” Is sūmit. “Nummum tertium sūme,  
Naevia.” Sūmit.

Iam septem nummī in sacculō sunt. Rūrsus ūnum sūmit Spar- 10  
tacus, ūnum sūmit Crīxus, ūnum Naevia.

Iam quattuor nummī in sacculō sunt. Rūrsus sūmit Spartacus,  
sūmit Crīxus, sūmit Naevia.

Iam ūnus tantum nummus cēterus in sacculō est. Cuius num- 15  
mus est? Tacet Spartacus, tacet Crīxus, tacet Naevia.

Rīdet Crīxus, et sūmit nummum. Num nummus eius est? Īrātī  
sunt Spartacus Naeviaque. Baculum Batiātī sūmit Spartacus.

Sed ecce, Crīxus nummum in nāsō Batiātī pōnit. Iam Spartacus  
rīdet, iam rīdet Naevia. Crīxus: “Batiātus bonus servus est. Batiāte,  
bone et probe serve – nummum tuum sūme!” Batiātus tacet, et 20  
pāret.

Sed audī! Vocat fēmina: “Batiāte!” Est Seppia quae vocat, filia  
Batiātī. Iam Spartacus nōn rīdet, neque rīdet Naevia.

Crīxus: “Fū! Fīlia adest.”

Spartacus: “Nōn iam adest. Sed venit. Nōn iam audit neque 25  
videt quod hīc est. Tacē.”

Batiātus filiā suā vocat: “Seppia! Sep...!” Rūrsus eum pulsat Naevia.

Spartacus: “Tacē, Batiāte! Nūllum verbum respondē!”

Seppia rūrsus vocat: “Batiāte? Respondē!” Nōn iam Batiātum  
5 videt neque Spartacum Crīxumque. Sed videt Naeviam, quae venit.



Naevia Seppiam salūtat: “Salvē, Seppia!”

Nōn salūtat Naeviam Seppia, tantum eam interrogat: “Batiātus  
10 adest?”

Naevia respondet: “Hīc nōn est. Abest.”

Seppia: “Nōnne mē vocat? Vir mē vocat!”

Rīdet Naevia, et respondet: “Nōn Batiātus est quī tē vocat. Est  
Crīxus, quī laetus est, quia tē videt.”

15 Seppia: “Quid? Improbum Crīxum! Servus probus filiā domini  
suī nōn vocat. Fū!”

Seppia Crīxum accūsāt, et irāta discēdit. Nōn audit Naeviam,  
quae quoque discēdit, sed laeta rīdet.

“Improbus  
servus est.” :  
“Improbum  
servum!”

## VILLA VACVA

## AD CAPITVLVM V


Ubi sunt ancillae, ubi servī? Ubi sunt māter paterque et Quīntus  
Mārcusque? Nūllōs Iūlia audit, nūllōs videt. Vocat: “Māter! Pater! 5  
Venīte!” Nūllī veniunt. Vocat: “Quīnte! Mārce! Respondēte!”  
Nūllī respondent. Absunt. Sōla est Iūlia in villā vacuā.

Id Iūliam nōn dēlectat. Cūr ī cum servīs ancillīsque discēdunt,  
quid agunt, et cūr sine eā? Num amant filiam suam, quae eōs amat?  
Plōrat Iūlia sōla. Discēduntne ī quia foeda est puella, neque proba, 10  
neque bona? Plōrat et plōrat.

Rūrsus servōs ancillāsque vocat. In cubicula eōrum venit, venit  
in ātrium, in cubicula Mārce Quīntīque, in cubiculum Iūlii Aemi-  
liaeque. Iam in ōstiō est: Ecce hortus magnus! In eum nōn venit.  
Is Iūliam nōn dēlectat, quia in eō habitant faunī, quī sunt virī parvī 15  
foedī improbīque, quī eam vocant et rīdent. Discēdit ab ōstiō.

Rūrsus in ātrium venit. Videt aquam in impluviō, et in im-  
pluvium venit, et aquam pulsat. Iam nōn plōrat, sed rīdet: Amat  
aquam et id quod in eā agit, et nūllam mātrem nūllāsque ancillās 20  
audit quae eam vocant: “Iūlia! Improbā puella est quae aquam pul-  
sat!” Iam aqua nōn tantum in impluviō est, sed etiam ex eō venit.  
Fluviī in ātriō sunt! Ōceanus est! Iūlia aquam pulsat et pulsat, et  
iam aqua ex ātriō in cubicula venit, et iam impluvium vacuum est.

Discēdit Iūlia ex impluviō et ex ātriō, et in peristylum venit.  
Hortum magnum Iūlia nōn amat, sed hortus parvus in peristylō eam 25



faunus, faunī

dēlectat. Dēlectant eam rosae hīc, quās amat, et līlia quoque: Iūlia ea carpit, et nāsum suum in iīs pōnit. Multās rosās carpit, et multa līlia etiam, et ea numerat: “Ūnum, duo, tria, quattuor, . . .”

Respondet: “Quīnque.”

5 Tacet Iūlia. Quid? Quis respondet? Tacet et audit. Num faunī ex hortō magnō in hortum parvum peristylī veniunt?

Nūllum audit. Rīdet Iūlia. Sōla est!

Rūrsus numerat: “Sex, septem, octō . . .”

Respondet: “Novem.”

10 Rūrsus tacet Iūlia. Iam nōn rīdet. Audit et audit. Videt līlia et rosās. Sunt multae, sunt pulchrae. Tacent. Sed . . . Audiuntne eae eam? Suntne eae quae eam respondent? Iūlia rūrsus audit.

“Lalla. . .” Cantant! Līlia cantant!

“Lallalla!” Rosae etiam cantant!

15 “Ō, improbam ancillam! Dēlia, tacē! Iam nōn dormit mea bona et proba puella.”

Aemilia irāta est, quia fīlia sua iam rūrsus nōn dormit, quia rūrsus Dēlia, quae ancilla eius est, cantat. Id Mārcum, filium eius quī quoque adest, dēlectat: Rīdet eās trēs. Iam Dēlia etiam irāta est, et Aemiliam respondet: “Ancilla tua tantum cantat, nōn rīdet dominam neque fīliam eius. Puerum tuum verberā!”

Quīntus venit. Aemiliam Dēliamque irātās videt, laetumque Mārcum. Eum accūsāt: “Quid is agit? Rūrsusne improbus est?” Iūlia tantum nōn irāta est, quia adest familia sua (sine Iūliō) quam  
25 amat. Iam sōla nōn est! Rīdet quia Mārcus rīdet – rīdet cum Marcō.

Mārcus: “Quid? Cūr Iūlia mē rīdet?” Irātus Quīntum pulsāt.

quās: rosās

ea (acc) carpit :

Iūlia (acc) carpit

Sed:

ea (nōm) eās carpit :

Iūlia rosās carpit

eae: rosae

eam: Iūliam

eās trēs: eās, quae

trēs sunt


(nōm.: trēs, trēs, tria;

acc.: trēs, trēs, tria)

mīlia: ←+++++→

- A: vīlla Sextī Caecilī  
 B: vīlla Septimī Metellī  
 C: vīlla Quīntī Iūliī  
 D: vīlla Quīntī Metellī  
 E: via Barca  
 F: via Leppia  
 G: porta Cornēlia  
 H: porta Claudia  
 I: X mīlia  
 K: XII mīlia

Pōne litterās hīc:



## MVLTAE VILLAE, MVLTAE PORTAE

### AD CAPITVLVM VI

Ecce fēminae ante mūrū. Nōn procul sunt ab portā in mūrō. Ex portā vir ad eās equō vehitur. Iam fēminās salūtāt et eās interrogat: 5  
 “Salvēte, dominae tam bonae quam pulchrae! Ubi habitat Sextus Caecilius? Mē vocat, amīcum suum.”

Respondet fēmina prīma: “Ō! Vīlla Sextī Caecilī post vīllam Septimī Metellī est, quae est vīlla magna cum paucīs fenestrīs et pulchrō hortō quae ante vīllam Quīntī Iūliī est.” 10

Respondet fēmina secunda: “Vīlla Quīntī Iūliī autem inter vīllam Octāvīi Caecilī et vīllam Sextī Iūliī est, quae est vīlla parva cum multīs fenestrīs et foedō hortō.”

Respondet fēmina tertia: “Et vīlla Sextī Iūliī prope Viam Barcam est, ubi Via Barca in Viam Leppiam intrat, quae ad vīllam Quīntī Metellī it, vīllam bonam sine fenestrīs, duodecim mīlia ā Portā Cornēliā.” 15

Vir in equō fessus audit. Quot vīllae, quot Sextī, quot Iūliī! Rūsus fēminās interrogat: “Proculne est Porta Cornēlia ā portā quae hīc est?” 20

Respondet fēmina prīma: “Nōn est. Is quī ad Portam Cornēliam ambulat tantum quattuor portās it circum mūrū. Porta hīc Porta Aemilia est, et Porta Cornēlia post trēs cēterās portās est.”

Respondet fēmina secunda: “Nōn autem ex Portā Cornēliā discēdit Via Barca, sed ex Portā Claudiā. Est porta secunda post Por- 25

tam Cornēliam, et Porta Cornēlia tantum duās portās post Portam Aurēliam est.”

Vir in equō iam tam irātus quam fessus audit. Iam equum imperat: “Age! Portam Claudiam quaere, quae duās portās ante  
5 Portam Cornēliam est, quae . . . porta tertia post portam est quae . . . hīc est?” Cum equō discēdit.

Respondet (neque ab virō auditur) fēmina tertia: “Est Porta Claudia ex quā Via Barca discēdit, sed est via inter Portam Cornēliam et Villam Sextī Iūliī duodecim mīlia longa. Villa Septimī Metellī  
10 autem decem tantum mīlia ā Portā Claudiā est.”

Vident feminae virum equumque, quī iam parvae videntur, quia procul sunt ab iīs.

Fēmina p̄rīma: “Nōne ‘Porta Claudia’ nōmen antīquum est Portae Aemiliae hīc?”

15 Fēmina secunda respondet: “Est. Sunt sex tantum portae in mūrō oppidī. Vir quī ab portā hīc sex portās circum mūrū ambulat, rūsus ad portām hīc est.”

Post umerōs eārum virōs audiunt, itaque ad Portam Aemiliam eunt, quae etiam Porta Claudia est.

20 Femina tertia: “Ecce via Barca hīc in oppidum venit. Vidēte, virēs per eam in oppidum intrans!”

Venit lectīca, quae portātur ab quartīs servīs. Ex fenestrā lectīcae dominus nāsū suū pōnit, et fēminās salūtat: “Salvēte, amīcae meae!”

25 Respondent fēminae: “Salvē, bone amīce Sexte Caecilī!”

- A: porta Claudia  
B: porta Aemilia  
C: porta Cornēlia  
D: porta Aurēlia

Pōne litterās hīc:



videntur

nōmen : titulus

Caecilī (voc) ←  
Caecilius